

Psalmus responsorius

Ps 68, 8-10. 14 & 17. 33-35 (R̄.: 14c)

R̄. In multitudine misericordiae tuae
exaudi me, Dómine.

⁸ Quóniam propter te sustinui opprobrium,
opérui confusio faciem meam;

⁹ extraneus factus sum fratribus meis
et peregrinus filiis matris meae.

¹⁰ Quóniam zelus domus tuae comedit me,
et opprobria exprobrantium tibi
cecidérunt super me. R̄.

¹⁴ Ego vero orationem meam ad te, Dómine,
in tempore beneplaciti, Deus.
In multitudine misericordiae tuae exaudi me,
in veritate salutis tuae.

Exaudi me, Dómine,
¹⁷ quóniam benigna est misericordia tua;
secundum multitudinem miseracionum tuarum
respice in me. R̄.

³³ Videant humiles et laetentur;
querite Deus, et vivet cor vestrum,

³⁴ quóniam exaudivit pauperes Dóminus
et vinctos suos non despexit.

³⁵ Laudent illum caeli et terra,
maria et omnia reptilia in eis. R̄.